

Amicorum

erga

Virum Reverendum, Clarissimum

Doctissimumq;

Dn. GODEFRIDUM

FIBIGIUM ad D. Bernhardini in Vra-
tislaviensium Neapoli Diaconum prima-
rium, de Ecclesia Christi præclarè
meritum

A. D. V. Id Octobreis

Anni Christiani

CIO IOC XXXI.

piè placideq; defunctum,

Et ipsis Idibus honorificè humatum,

lugubribus carminibus

declarata

Pietas.



VRATISLAVIÆ, TYPIS GEORGII BAVMANNI.


An. 1631.



E P I T A P H I U M.

FIBIGII, saxum, quod cernis, membra recondit,
 Sola solo condi scilicet ista queunt.
 Vitæ inculpatae laus, doctrinaeque salubris,
 Orbe cluit, sed habet spiritus astra poli,
 lugens facieb.

M. Elias Major, Poët. Laur. Cæsar.
 Gymnasii Vratislaviensis Rector &
 Profesor, cæterarumque Scholarum
 ibidem Inspector.



Vota piè defuncti Dn. Godefredi Fibigii ante
 obitum suum, ad DEUM, devota.

Vivo tibi, moriorque tibi, tibi CHRISTE, resurgam,
 Te quia justificâ, CHRISTE, prebendo fide.

* * *

Intra expansa mihi tua brachia, CHRISTE Redemptor,
 Vivere sufficiat sufficiatque mori.

* * *

Me tibi commendo, tibi me jam porrigo, CHRISTE,
 Tu clemens famulum, suscipe, CHRISTE, tuum.
 Sic sic ingemuit crebro ad CHRISTUM, GODOFREDUS,
 Ante obitum ex imo pectore, FIBIGIUS.

Quare ipsum æternæ CHRISTUS suscepit in oras
 Vitæ, in quæis verè gaudia mille capit,
 Gaudia mille capit verè, post mille labores

FIBIGIUS felix, O valeat vigeat.

* * *

Nunc

Nunc nihil in votis habeo magis, id nisi in isto
 Sæclo perverso, quò bona cuncta ruunt;
 Fac precedentem mihi nunc in cœlica regna,
 Collegam charum mox, pie CHRISTE, sequar.

* * *
 χεγνοδιςιχον.

BIs qVartâ oCtobris trlnâ &, pariterq; pleq;
 FIBIGIVs Meritos aVfVgit ante Dies.
 Debitæ συμπαθείας ergò scribb.


Johannes Teutschmannus Vratisl.
 Ecclesiæ ad D. Bernh. Diaconus.



AD superos placidè sic optime Frater abisti,
 Qui Collega mihi semper amatus eras;
 Sat Gotofrede fides tua, dexteritasq; docendi.
 Integritas mentis candida nota satis.
 Nunc tua post multos requiescunt membra labores,
 Orbe vigent merita, Spiritus ante Deum.
 JOVA piam viduam soletur in Orbe relictam,
 Et curam sobolis nunc gerat ipse suæ.
 Salve, vive, vale perpes Collega beate,
 Tempore fortè brevi te sequar ipse; Vale.

Condolentiæ causâ scribb.

SAMUEL BUTSCHKY, Pastor
 ad D. Christoph: Bresla.



PAX hominum infirma est, interdum nulla, Boniq;
 belligero in mundo prælia semper habent.
 Hoc satis expertus Gottfried Fibigus, in Aede
 qui Bernhardina præco fidelis erat.
 Ah quot curarum, cor exurentium, in orbe
 sustulit huic requiem, vis inimica, suam?
 Fama illum ah quoties turbavit, milite capta
 mœnia, quò Gnatum miserat ipse suum?


Ah



Ah quam sæpe malis oppressa Ecclesia passim,
 Huic fecit lachrymis ora madere suis?
 Hei quantum rerum damnum Huic inflixit is ignis,
 Tota urbs in cineres quo nova ferme abiit.
 O dolor! ô morbi! ô crux multa! ô fors & iniqua!
 vestra an non contra hunc tela fuere virum?
 Quid dicam Mortem? quæ non contenta minari,
 quosq; ferit. prorsus conficit ense suo.
 Nostro & FIBIGO bellum intulit. ultimus hostis,
 cujus jam victi corpore victor ovat.
 Verùm animam, atq; animi dotes, famam, ingeniumq;
 victura æternum, vincere non potuit.
 Nec poterit corpus retinere suo amplius antro
 Christus ubi in terris condita, viva dabit.
 Pax firmata DEI, Christi quæ parta cruore,
 GOTTERIDUS noster nomine quam sonuit,
 Pax ea, grandiloquo sonuit quam gutture, in Æde,
 contra, ubi solamen, bella nefanda tulit,
 Pax ea, quam mundus dare non potuit, data nostro
 FIBIGO, æternos continuanda dies;
 quâ fruitur foelix, cœlesti sede receptus,
 inter & electos fulget, ut astra micant.

Hiscé, non sine mœrore, defuncto suo in
 Christo fratri charissimo, memo-
 riam parare voluit

Johann Kurtzman, ad Æd. 11000.
 Virgin. Pastor.



Ad Rev. Dn. Godfrid Siebing.
 placidè Wr. 11. Octobr. h
 obdormientem.

Antè scholæ solitus qui visere limina nostræ:
 Nunc visis superæ limina sancta scholæ!
 Antè prophetarum solitus qui volvere scripta:
 Nunc, volvendam manu mentèq;, nulla tibi!
 Antè LABOR tibi multus erat; Nunc liber ab omnes,
 Cum sanctis sanctos semper agisq; dies.

Omni-

Omnibus à curis securus & usq; quiescis,
inq; ipso celebras sabbata festa DEO.
O TE FELICEM, summus quem JOVA vocavit!
NOS INFELICES undiq; bella premunt.

M. MICHAEL COELIUS G. P

Undie hochbetrübtte Fraw Wittib.

Hat denn der liebe Mann sein schwere Niederlage
Nicht können überstehn? Sind doch nur wenig Tage
Da er sich ziemlich wol/ bey seinem Creutz/befand/
Sich munter richter auff/ mir reichte sei ne Hand/
Daß ihr/ Fraw Wittib/ hofft/ nun würd es besser werden.
Ja wol: An jertzo wird er in den Schoß der Erden
Ein Leiche beygesetzt! Was dieses für ein Schmerz/
Leyd/ Angst vnd Kummer sey/ erkennet nur ein Hertz
Das die Erfahrung lehret. Nun ist das Hertz zerpalten/
Das abgeschlagne theil sol nun im Grab erkalten:
Was ander hangt ja noch vnd rinnet starck von Blut.
Ihr Klaget: Nun ist weg/ nechst GOTT/meinhöchstes Gut/
Mein vngeserbte Trew. Den schweren Schmerz vermehret
Die hochbetrübtte Zahl der Wayßen/ wenn ihr höret
Das Klagen/ das sie führen: Nun ist mein Vater hin/
Wer ist verlassener als ich / als ich nun bin?
Dem Sohn wird in der frembd/ vielleicht das Hertz auch sagen/
Daß sein Herr Vater heut zu Grabe werd getragen.
O trawriger Bericht! O härter Wort als Stein
Deß/ der ihm sagen wird/ Er muß sein Wayse seyn!
Schwer ist/ Fraw Wittib / zwar die Last vnd Kaum zu tragen:
Doch musset Ihr vor Leyd darunter nicht versagen!
Wie schwer sie euch auch scheint. Lebt doch der Vater noch//
Der vns zu weilen zwar ein ziemlich hartes Joch
Aufleget / vnd hernach auch selbs hilfft trewlich ziehen.
Der hat euch ewren Herrn auff so viel Jahr gelichen.
Ach GOTT/ wie werden doch viel Tausend liebe Paar
Getrennet in der Eh / die lang nicht so viel Jahr
Beyammen zugebracht! Ein Wucher ist zu schetzen
So lang gegönte Zeit. GOTT der vns läst verletzen /
Der kan auch wieder heiln. Der wil nunmehr allein.
Der Vater/ so nicht stirbt/ der Vnerzognen seyn.
Der sey ja / wie du bist / O Vater der Genaden!
Behüt der Newstad Kirch für mehr vnd größerm Schaden.
So wird gesund vnd stirbt nicht noch ein lieber Man /
Der dir vnd dieser Kirch hochnützlich dienen kan.

M. Henrich Klose.



EPITA-



EPITAPHIUM.

Hic Pietas, hinc cana Fides, Constantia victrix,
Schemate in infirmo sedem habuere suam,
Qui transis, fatum ne turbes: hora reducet
Ultima præstantis corpus & ossa Viri,
FIBIGI interea cineres salvete, valete;
Perpes honos, cœli gloria perpes erit.

Apponebat

GODEFRIDUS WAGNER Vratisl.

Gymnasij D. Elisab. Cantor & Collega.



GOTFRID FIBIGIUS:

in Septangularib. paragrammatizomenos exactè:

MEA NEAPOLIS DE POLO.


THéologi specimen fidi vigilisq; probatum,
Nunc inter lacrimas contumulamus humo;
Fibigium, Patriæ cui Christidi verba salutis
Tradere, pura Dei dogmata, cura fuit.
Ad plures, vegetæ cur hic ætatis in annis
Transierit, eausam si petis, ista fuit:
Nunc Pietas friget, Virtus ægrotat in Orbe;
Impia turba valet, vis vitiumq; calet.
Progenies premitur Jovialis, vilet & alget;
Martia florescit Natio, pollet, ovat.
Multi se simulant sanctos tantummodò, visunt
Templa catervatim, sed sine fruge piâ.
Vir pius hinc Mundi lutulentum schema deinceps
Cernerè dedignans, ociùs Orbe migrat.
Fibigius, dulci cum Coniuge, prole relicta
Atq; Neaptoleos Breslidis Æde sacra;
Ipse novæ nitidum petit Urbis in Æthere Templum,
Nunc ubi Mente Deo purima sacra facit:
Tutâ pace fruens, curisq; malisq; solutus,
Vaniciem Mundi ridet, in Arce Poli:

Ange-

Angelicas inter pars vivit amata cohortes,
 Sacratos Vates, Martyras, atq; patres.
 Quam vereor, ne post plures ad lucida Celi
 Utibiles migrent templa subinde viri.
 Luminibus Fidei privatos, inde furentes,
 Nos, poenæ maneat, heu tenebræq; tegant.
 Panmache Jovajuva, tandem compefce duella;
 Vaginâ gladium triste reconde suâ.
 Christe, tuam porrò tege, pasce, foveq; Sareptam;
 Da Solymæ vires, fulcra, virosq; tuæ.
 Et serva: quorum doctrina, laborq; fidelis,
 Auçtitet in terris Celica regna Dei.
 Et viduam pariter serva subolemq; , peremnet
 Per quos Fibigii nominis Orbe decus.

lubens lugensq; effundebat,

CHRISTOPHORUS SCHWARTZBACH,
 L. L. P. Laur. Cæs.




Beatu8 ille, qui procul furoribus,
 fœvoq; rerum turbine
 & quos iniquus excitavit undiq; ,
 Mars, classicis tumultibus,
 pacata celi regna tutus incolit,
 solutus omni crimine!
 Beatus ille, quem benignus eripit
 squalente Mundi carcere
 Jehova nosser, & Pater Mitissimus,
 quo dulcius nil uspiam est!

Beatus ille, cujus ora perluit
 suave nectar cœlicum!
 Beatus ille, cui beata civium
 beatiorum limina
 adire, mundi mille post molestias
 casusq; mille contigit!
FIBIGIO sed contingere hæc omnia:
 quid ergo restat amplius,
 quam voce læti re ut accinâ? amodò
 Beatus est **FIBIGIVS**.

συμπάτχων app.

FRIDERICUS SCULTETUS, Design.
 Pastor Eccl. Christi in Groß Merzdorff.



Larga DEI bonitas, cum VERBUM donat, & illos,
 dogmata qui norunt ritè secare lacra.
 Ira DEI contrâ gravis est, cum subripiuntur,
 qui poterant CHRISTI jussa docere diu.

Vidisti



1446

Ze 4901

Vidisti tales complures, clara BUDORGIS,
fac porrò videas, ut doceâre magis.
Haftenus omnipotens nobis nostrisq; pepercit,
Sed nunc est raptus myſta pius ſubito.
Qvem ſaera turba modis dignis ſibi luget ademtum,
cum vitam annofam condere dignus erat.
Qvos hinc concipiet planctus, ſpoliata marito,
cui cecidit cordis portio chara ſui?
In quas non lacrumas prorumpent pignora lecti,
orbatus quibus eſt lucis honore parens.
De quibus in vita fuit illi cura paterna,
jam procul hinc omnis ſollicitudo fugit.
Sed vivus precibus PATRI commiſit Olympi,
& docuit CHRISTO fidere nempè ſuos.
Omnibus is melius ſcit, nobis utile quid ſit,
qvi noſtri curam perpetuò ipſe gerit.
Nam genitor veſter vitæ pro ſordibus hujus
eſt nacltus ſummi ſplendida regna DEI.
Inter Doctores, qvi ſicut ſidera fulgent,
perpetuus cœli gaudia civis agit.
At vobis Pater almus erit, qvi alimenta miniſtrat,
qvi victum ſanctis undiq; ſuppeditat.
Fidite SUPREMO, nunquam vos deſeret ille,
non, ſibi ſidentes, deſeruiſſe poteſt.
Siſtite ſingultûs, & lumina ſicca referte
mox aderit REFERENS PERDITA CUNCTA
Singularis condolentiæ conteſtandæ
cauſâ adjicieb.
Georgius Urſinus SS. Theologiæ Studioſus.

(DIES.



Virum Rever
 Doc
Dn. GOI
FIBIGIUM ad
 tislaviensium Ne
 rium, de Ecc
 n
 A. D. V
 An
 CIO
 piè placid
 Et ipfis Idibus
 lugubrib
 d
 VRATISLAVIÆ, TY
 A

721.

